de Liznic et Mathie curie nostre prothonotarii. Datum et actum Vriberch anño domini millesimo CC LXXX +VII°[b]), in dominica qua cantatur esto michi.

40.

Landgraf Albrecht eignet dem Hospitale das Dorf Bobritzsch, welches die Rathmannen als Procuratoren des Hospitals für dasselbe und mit seinem Gelde von Ulrich von Maltitz gekauft haben.

Freiberg, 1288 März 20.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das beschädigte Reitersiegel an Pergamentstreifen.

Anm.: In dorso: Appropriacio ville Boboriczhs (*Saec. XIV*) et quod nullus judicum audeat sibi ibi aliquid juris vendicare (*Saec. XV*). *Vergl. No. 34, 47. Der unter den Zeugen erscheinende Nicolaus de Zibizlawicz (auch in No. 49, 50) dürfte der erste bekannte Münzmeister in Freiberg sein. Er ist ohne Zweifel ein und dieselbe Person mit dem* Nicolaus dictus de Ziblawitz, *welcher nebst seinem Sohne Wignandus 1289 Febr. 11 dem Thomaskloster zu Leipzig 60 Acker Holz in der Flur des Dorfes Gautzsch eignet (Cod. dipl. Sax. reg. II. 9,22), und diese beiden erscheinen in einer Schenkung von 1289 Juni 28 als* Nicolaus monetarius in Vriberch suusque filius Wignandus *(ebenda 23). Auch der* Nicolaus institor de Vriberg dictus de Zybzlawitz, *welcher 1279 dem Kloster Altzelle 3 Hufen zu Wuhnitz verkauft (Hauptstaatsarchiv Dresden Orr. 936, 937, vergl. Beyer Alt-Zelle 558), der* Nicolaus de Zimzzelwiz *und der* Nicolaus monetarius, *welche in Urkunden von 1276 Nov. 8 (Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,185) und 1287 Mai 22 (ebenda II. 9,22) unter den Zeugen erscheinen, sind wol identisch mit Nicolaus dictus de Zibizlawicz. Der Beiname weist wahrscheinlich auf Simselwitz nö. von Döbeln hin (vergl.* Zymlawicz *in No. 74).*

:In nomine sancte et individue trinitatis amen.: Albertus dei gracia Thuringie lantgravius et comes Saxonie palatinus universis | presentem litteram inspecturis in perpetuum. Mundus preterit et mundane simul pretereunt actiones. Necessarium igitur est, ut, quicquid nostris | temporibus agitur, ne id ipsum oblivio seu calumpnia hominum deleat, scripti memorie commendetur. Notum igitur esse volumus universis | tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum burgenses de Vriberc procuratores hospitalis, quod est situm ante civitatem Vriberc, nomine hospitalis predicti et cum pecunia ejusdem villam in Bobirtsch apud Vlricum nostrum dilectum militem dictum de Maltitz pro quadam certa summa pecunie comparassent empcionis hinc inde et vendicionis justo titulo accedente, nos ob remedium anime nostre et dilecti patris nostri beate memorie Heinrici Misnensis et Orientalis marchionis necnon ob reverenciam et honorem omnipotentis dei et beate :Marie: virginis gloriose et eciam beati Johannis ewangeliste patroni dicti hospitalis predictam villam Bobirtsch cum omnibus juribus proventibus et utilitatibus ad eandem villam spectantibus predicto hospitali in nostrorum remissionem peccaminum concessimus et dedimus jure proprietatis perpetuo possidendam pro refectione et sustentacione pauperum infirmorum et debilium egrotancium, qui sunt in eodem hospitali vel qui fuerint tempore succedente, ita quod nullus ex nostris heredibus amicis seu propinquis vel hominibus nostris in predicta villa sibi quicquam valeat in posterum vendicare. Ut autem hec nostra donacio robur optineat perpetue firmitatis, hanc nostram litteram hospitali memorato dari fecimus in testimonium sigilli nostri munimine roboratam. Datum Vriberc anno domini M° CC° LXXXVIII°, XIII° kalendas aprilis, videlicet in vigilia palmarum. Testes hujus rei sunt Heinemannus de Hayn, Vl[ricus] de Maltiz, Heinricus de Honsberc milites, Theodericus Kunikonis, Nicolaus et Jo[hannes] fratres dicti de Zibizlawicz, Jo[hannes]

39. *b) Vergl. die Anmerkung zu No. 38.*